

Thomas Lindemann

Rector Academiae Rostochiensis Thomas Lindeman I. D. & Professor, Ad Solemnem Iustorum Exequialium Solutionem, Piis Manibus ... Haionis a Nessa Frisii, I. D. & Professoris ... Omnes litterariae Reip. cives, observanter, officiose & peramanter invitat : [P.P Rost. 12. Aprilis Anno M.DC.XX.]


Rostochii: Pedanus, 1620


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756287464>

Druck Freier  Zugang



Vol. 241. (3.) <SON>





37.45

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
THOMAS LINDEMAN
J. D. & Professor,

AD SOLEMNEM

Justorum Exequialium Solutionem,
PIIS MANIBUS

VIRI MAGNIFICI CONSULTISSIMI,

H A J O N I S à N E S S A

Frisij, J. D. & Professoris celeberrimi, Illu-
strissimī Celsissimiq; Principis ac Domini, Domini
ADOLPHI FRIDERICI Ducis Megapolensis, Vetustæ
gentis Henetæ Principis, Comitis Suerinensis, Rostochij &
Stargardiæ Dynastæ, Cancellarij meritissimī, & fidelis-
simi, debitam, destinatam, hodierna
luce præstandam :


*Omnes litteraria Reip. cives, observanter, officiosè
& peramanter invitat.*



ROSTOCHII

Typis suis exscripsit Joachimus Pedanus,

ANNO M. DC. XX.



Raculo quovis verius certiusq; , Ecclesiastici illud chryologon axioma est : Successus hominis seu Principis in manu Jehovæ, is fidum Archigrammateum seu Cancellarium constituit, eiq; gloriam suam apponit. Deus namq; , Propheta teste, regna ordinat, & transfert, consilijis sanis munit ac stabilit. Undè David Reges ac Principes felices de prædicat, qui animos ad bonos Consiliarios & Cancellarios convertunt. Optimos Reges & Principes hoc ipsum agnoscentes, de Cancellarijs & Consiliarijs bonis ac industrijs conquiendis, impensè semper sollicitos fuisse, eosq; repertos, honoribus ac præmijs decorasse: eosdem verò spernentes, infelicissimè gubernasse, omnium atatum historiz affatim contestantur. Jerobdam Cancellario & Consiliarijs paternis loco motis, iisdem Achitophèle alijsq; novellis politicis successis, se ipsum cum regno pessumdedit. Athenienses, Themistoclem dum ducem belli, & consiliorum cancellarium seu diribitorem colebant, alijs Græciæ civitatibus non tantum palmam præripiebant, sed & Xerxem potentia superabant. Ast pulso & ad Xerxem relegato Themistocle, in potestatem hostis redacti, miserrima servitute pressi sunt. Agamemaon Mycenarum Rex in oppugnanda Troia occupatus, Nestores magis, id est, Consiliarios & Cancellarios bonos, quam Ajaces animosos, Darius Zopiros sibi dari optabant. Philippus Macedoniam Eudamoni Cancellarij sanis consilijis, fascis imperij se felicissimè vibrasse gloriari solebat. Alexander Philippi filius, Clyti Cancellarij consilijis aures præbens, ubi vis victor & triumphator est laudatus, Clyto verò ejecto, imò & trucidato, Anaxarcho parasito aulico eidem surrogato, fortunam non tantum nocentem est expertus, sed & in rabiem actus, in medio gloriosæ vitæ decursu periit. Nero, Caligula, Heljogabalus, Caracalla & similia.

milia imperij monstra, Cancellarios, ICTos aulis pellentes, assen-
tatores sanguinarios, venereos, affectuum servos, muneribus
publicis præficientes, miserrimè Remp. Romanam lancinarunt.
Ac ne longius abeamus de Ludovico Gallorum Rege, memoriae
proditum extat, quod is incisus parlamentorum nervis, Cancel-
larijs ICTis exulare iussis, futuri cuidam, quem in delicijs habe-
bat, Fœcialis, tonsori legati, Medico cancellarij officium de-
mandavit: sed successu tam infelici, ut exiguo tempore omnes
regni ordines confusi, ipsaq; adeò Regiæ coronæ basis concussa,
& à totali interitu vix vindicata fuerit. Trajanus è contra Imp.
Neratium Priscum Cancellarium ICTum tanti fecit, ut eundem
successorem suum esse optarit. Adrianus Salvium Julianum can-
cellarium summo in precio habuit, eiq; Celsum aliosq; ICTos
præclaros, consiliorum socios junxit. Alexander Severus, Ulpia-
num Caneellarium suum non secus ac parentem coluit, nihilq;
unquam nisi ICTorum convocato concilio, in causis arduis con-
clufit. Eundemq; morem Theodosium secutum esse *L. humanum*
C. de legibus, arguit. Justinianus operâ Triboniani, Dorothei, Men-
næ & aliorum ICTorum quid præstiterit, monumenta quæ quo-
tidie volumus, edoeent. Ab horum consilijs postquam Justi-
nianus descisceret, & ex subtractione salariorum, thesauros quæ-
rere occiperet, barbarie nova Græciam infecit & turpavit. Ger-
mani quoq; Imperatores Cancellarios semper, non milites gran-
diloquos, vel nudis discursibus tumentes polilogos, sed ICTos,
philosophos, præficos, perpetuos comites, consiliorumq; dire-
ctores habuerunt: omniq; ævo Cancellarij officium in aulis Re-
gum & Principum, omnium dignitatum culmen & sublime fa-
stigium reputatum fuit. Undè Diocletianum, Cancellarij filium,
Regio diademate coronatum, Eutropius, & Jovinianum ex Can-
cellario Imperatorem factum, Eusebius refert. Et Budæus Can-
cellarium Principis vicarium, eodem absente Interregem, mo-
rum institutorumq; aram, æqui ac Justi columnen, justitiæq; ver-
ticem appellat. Tantaq; hujus muneris est dignitas, ut ipsi Ele-
ctores Ecclesiastici, impetij lucernæ qui à CAROLO IV. dicun-
tur, ejusdem splendore corruscent. Deniq; Regnorum, Duca-
tumq; salus, non minus à bono Cancellario, quàm bono Prin-
cipe dependet. Provincia hæcce nostra Megapolitana, cum
pluri-

plurimis donis divinitus dotata & ditata, tum eertè vel eo nomine meritò felix deprædicatur, quod per plura secula continuò suecessionis ordine, & serie Reges & Principes potentiâ, pietate, prudentiâ, & clementiâ Illustres, eorumq; vicarios Cancellarios viros integros, industrios, Nestores & Zopiros habuerit. Inter quos vir Magnificus, Consultissimus H A I O Æ N E S S A, ICtus eximius, antecessor Academiæ hujus celeberrimus, Illustrissimi Celsissimiq; Principis ac Domini, Dn. ADOLPHI FRIDERICI Ducis Megapolitani, vetustæ gentis Henetæ Principis, Suerinensis comitis, Stargardiæ & Rostochij Dynastæ, Domini nostri clementissimi Cancellarius, aulæ præclarum decus, Academiæ columnen, & subditorum refugium extitit. Hujus consilium uti Principi fuit oraculum, colloquium grave, sive delictum, incolumitas, voluptas: ita ægritudo eundem invadens, Principi mœrorem incussit, morbus fidelis ministri, Domino luctum acerbum peperit, fatum præmaturum provinciæ, Academiæ sinistrum (utinam falsus sit oscen) omen portendit, & præfagit. Ramo hicce tristis de obitu Cancellarij hujus subito percrebrescens, Mufas Varniades ira perculit, nubes hinc oborta atra doloris, omnes Academiæ, Civitatis, Provinciæ angulos ita obduxit, ut collegia, templa, curiæ, domus, omnesq; angiportus nanijs personent. Occidit eheu in medio melioris vitæ vigore, virtutis aureus in H A I O Æ N E nostro irradians sol: occidit tamen meritorum clarissimorum relucentibus astris post fata coruscat, & quod in bono Cancellario Æmilij probus requirit, bonis sc. natalibus ortum, vitæ integritate, industria, eruditione, & eloquentia conspicuum esse, id omne exemplo suo, viva quasi imagine & tabula plusquam Apellea repræsentat. Ejus vita non programma sed sacrum parentale meretur: quod cum hæcce paginæ angustia non capiat, forsitan Thimantis velo obtegere quod exprimere non licet, & uti Crispus de Carthagine dicebat, peccatus silere, quam non dextrè eloqui, satius sit.

At paucis *àncora* ortus progressusq; felicitis & beati exitus non possum, quin delibem. Natales si requiris, eos ducit ex bellicolissima, integerrima Frisonum seu Cauchiorum minorum, antiquissima equestri à tempore Caroli Magni famigerata Gente.

Natus Anno 1563. parentibus honestissimis,
patre

patre viro spectatissimo, ANTONIO HAIONE à NESSA heredita in
in Nessen, matre GESA Westerhausen matrona foeminei sexus co-
rona. Parentes hi in prole hacce, generosas bonæ mentis scin-
tillulas emicare animadvertentes, Plutarchi consilium sectan-
tes, naturam institutione bona excitandam, & exercitatione per-
ficiendam esse statuerunt. Undè filium huncce à prima statim
infantia bonis præceptoribus erudiendum commiserunt: oppi-
dò verò & bono omine inciderunt in virum Reverendum M. Jo-
annem Ligarium Comitum Frisæ concionatorem aulicum, qui HA-
JONEM nostrum cum moderno Frisonum Comite Ennone, velut
studiorum socium & comilitonem fideliter instituit: cujus præ-
ceptoris memoriam gratam discipulus gratus sæpè reficere, eiq;
se non minus ac parentibus debere fateri solebat. Jactis primis
artium & linguarum fundaminibus, in Academiam Juliam, ve-
lūt ad uberiorem litterarum mercatum ablegatus, non more avi
nostri pravo, insalutatis Musis, Themidos arcem invasit, sed pri-
mitus literaturæ politionis, historiarum, & politices thecas di-
scussit, exindè depromptis hostimentis, Astrea felicissimè litavit,
ejusdem sacraria penitus scrutatum, Rhodopolin ad matrem
almam sydere auspiciatissimo se convertit, eamq; ibidem sedulò
cultam, sibi adeò propitiam habuit, ut ab eadem 1. Octobris An-
no 1591. summis honoribus Doctoralibus, Decano consultissimo,
rare eruditionis & integritatis viro Henrico Camerario insignitus
fuerit. Quibus præmijs virtus viri - juvenis, in generoso corpore
bulliens, suffora & quasi focillata, accensa, effulgere cepit, & non
Professorum tantum, sed & aulicorum favorem, & benevo-
lentiam, ad se pertraxit. Undè factum, ut anno eodem,
quo Doctor creatus, Illustrissimi Principis, Divi Sigismundi, & pau-
lò post Illustrissimæ Principis viduæ Sophiæ, Consiliarius saluta-
tus fuerit. Novus hincce aulicus procerum omnium amorem,
virtutis splendore sibi conciliavit, tum verò inter alios viri præ-
stantissimi Joachimi Schonermarkij, quæstoris Divi Vdalrici Ducis Me-
gapolensium &c. fidelissimi, animum in tantum sibi devinxit, ut
is preciosissimum, quem domi suæ reconditum habebat thesau-
rum, filiam, inquam, mellitissimam, virginem pudicissimam,
Annam, (consultissimi viri Dn. Joachimi Schonermarkij Juris Doctoris
& Professoris, collegæ & compatris mei honorandi sororem)


Anno 92. eidem matrimoniali nexu copulatam, nuptui daretur.
Connubium hocce primis statim annis parens non minus ae
novi conjuges foecundum secundumq; viderunt, habuerunt &
thesauri matrimonialis foenora, lecti jugalis chara pignora com-
plura tulerunt. Progenit namq; Cancellarius hicce noster de-
cem liberos, quorum in coelestes praemisit oras duos, reliquos
cum moestissima vidua orphanos post se reliquit. Nec vero Hy-
menaeus amor virtutis ardorem imminuit, sed magis auxit & in-
flammavit, quinimo radij virtutis in aula vicinæ Gustavoianæ
penitiores recessus penetrarunt, *Divi Adaltrici* clementem affectum
excitarunt, eoq; permoverunt, ut viro huic tunc temporis juveni
Sparta simul una vice duplex, Professio nimirum extraordinaria,
& consiliariatus, imprimis visitatio Ecclesiastica committeretur.
In qua utraq; exornanda talem se praestitit, ut non minus *Divi Ca-*
roli quam Illustrissimæ ducissæ viduæ omniumq; aulicorum una-
nimibus suffragijs dignus habitus fuerit, cui Juniorum tunc tem-
poris Principum Dn. *Adolphi Friderici* & Dn. *Joannis Alberti* fratrum,
Ducum Megapolensium &c. Dominorum nostrorum clemen-
tissimorum, publica & politica negocia dirigenda, adeoq; can-
cellarij officium demandaretur. Utriq; Principi durante mine-
rennitatis conditione, fideliter inservijt, utrumq; Argentinam
veluti uberiorem generosorum mentium cultricem & officinam,
deduxit. Utriq; Homagium a subditis conjunctim exigenti, Ne-
storeo eloquio & Papiniano consilio adfuit. Insuper Duci *Jo-*
anni Alberto in Sueciam trajicienti, proximus a latere, conjugij
primi, felix conciliator & proxineta extitit. Tandem Illustris-
simis fratribus gubernacula capeissentibus, ab utroq; amulo &
parili clemēti affectu ad amatus, ast regimine dispertito An. 1609.
a Principe majore natu Dn. *Adolpho Friderico* sacri scrinij proximus,
fidus, inquam, Cancellarius delectus & constitutus est. Hosce
novos vitæ carceres *Hajo* noster fortiter & animosè decurrens, in-
tra officij sui cancellos se continuit, consilia ad pacem & concor-
diam direxit, justitiam & salutem publicam, actionum suarum
veluti normam & cynosuram ob oculos semper habuit, legatio-
nes complures ad Imperij comitia, conventus circulares, aliasq;
publicas consultationes, laudabiliter, prudenter, feliciterq; obiit,
& in votis, consilijs, omnibusq; sibi commissis expeditionibus,
fidem, integritatem, ac prudentiam, Regibus, Principibus, im-
primis verò Dominis suis Illustrissimis probavit, Tulliana hunc

VOCC

voce perorantem Reges ac Principes sæpè attoniti audivere: Sua-
dæ in ejusdem labris eminentis vim, non secus ac Demosthenici
alicujus fulminis impetum imperij. Proceres sæpè sensere. De
omnibus namq; juris non tantum privati, sed & publici partibus,
de regni statu, regiminis forma, de religionis purioris vindicijs,
judiciorum tribunalibus rectè instituendis, litium prolixis telis
præcidendis, alijsq; ad publicam salutem conservandam necessa-
rijs capitibus, non novellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
antium more, sed velut alter Sulpitius, studio, usu, experientiâ, &
non ex libris tantum, sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
instructus, Pericleo planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
Crassâ quæ Cicero Jctorum disertissimam & oratorum jurisperitissimam
laudabat, dignus erat. Accedebat naturalis cum decenti venustate
& comitate conjuncta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
bus regèdis severitas, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
sis patientia, in prosperis continentia, in fortunæ instabilitate
mascula constantia, quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
persecutionum, calumniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
exceptit; declinavit, repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
licet uti natus, ita & occupatissimus fuerit, semper tamen
matrem Academiam respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
& ad honores erectus defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
Unde factum, ut Anno 1602. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
fessore ordinario, fati cedente, eidem in officio successus & in collegium Juridici
apud nos ordinis cooptatus fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
ac sedulum. Verum legationes crebræ, publicæ curæ & molestiæ, cura aulicos &
Academicos Labores partiri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
bus dividere cogerunt: quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
& alligari se cerneret, vicaria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
operâ usus, talentum Academicum sibi creditum, luculenter feceravit. Virtuti-
bus hisce animum quidem adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
Cancellarius noster obfirmavit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis se-
curus esse nequijt, quia potius quò animo fortior, eò semper fait corpore debilior:
tandemq; ante sesquiannum in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
febri epidemia est, quæ uti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
post duplîcis ideam representavit, & in adis inducijs indultis, majore paulò post
impetu, Euripi instar rextuans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
vires ægri penitus attrivit. Accesserunt lienis & mesarxi obstructions, & quar-
tanæ non infrequens soboles scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
mones defluxio indeq; nascens indesinens tussis, cujus vehementia, venula pul-


monum

morum disrupta, expectorationem sanguinis concitavit: quibus omnibus concurren-
 tibus affectibus licet medicamentis occursum fuerit, catharrorum tamen de-
 fluxio omnem opem medicam eludit. Hinc pituita in bronchijs pulmonum colle-
 ta & copia, eventilationem & liberiozem aeris respirationem impediens, in lentam
 febrem & rabem desijt, quæ solidarum partium corporis substantiam tandem de-
 populata & depasta, Cancellatio nostro vivo & quasi videnti ac sentienti cadave-
 rosam faciem induit. Toto vero morbi decursu præter medicum corporis, soler-
 tissimum & experientissimum *D. Joannem Sletzerum*, archiatrum aulicum, animæ
 quoq; *Æsculapium M. Samuelem Crugerum* adhibuit, alexipharmacum meritum
 Christi sibi applicuit, cibo vivifico sanguinis ac corporis Christi ut incolumis sue-
 verat, ita durante morbo bis animam refocillavit, atq; hoc quasi viatico, hisce in-
 quam fidei codicillis assumptis, duce Christo subinde invocato, iter universæ car-
 nis 28. Martij est ingressus, & paulo naturæ soluto, ex hoc vitæ gurgustio, quod
 velut generosus hospes 57. annos incoluerat, in cœlestem aulam & Angelicam.
 Academicam migravit, ubi nunc infulis æternæ gloriæ redimitus, stola candida
 amictus, in cœtu piorum summi Biarchi Professore & Cancellarium seu can-
 didatum, Deum celebrando & laudando, agit. Vidua licet humanum affectum
 ita excutere nequeat, quin præmaturum hunc obitum acerbè lugeat, & vitæ huicce
 amissum socium redivivum, sospitem, & superstitem exoptet, tamen vitæ hujus
 fugacitatem, cum æternæ gloriæ, quæ jam lætus maritus fruitur, conferens, dubiū
 non est quin subitò eundem insequi & eum eo reuniri concupiscat. In hac verò
 Erema dum relinquitur, certo confidat, Deum viduarum & orphanorum patrem
 mariti vices suppleturum. Statua sibi collega, & compater honorande, ob præcla-
 ra in provinciam, in Academiam merita, non minus ac Hermodero Ephesio &
 Servio Suppicio debebatur. Ast tu eam cum Catone Censorio velut rem fragilem
 non concupivisti. *Αθανασία & Διεψία*, quam utramq; vovisti, hodie po-
 titis. Monumentum integritatis fidelitatis & pictatis ære quoque perennius in-
 amnis Principum, collegarum, studiosorum, omniumq; adeo provincie subditorum
 reliquisti. Eulogion à curatore animæ tibi tributum nunquam emoriturum merui-
 sti, quod fueris. *Pietate fundata: integritate firmata: Justitia probata: Erga Do-*
minum fide incorrupta: Erga subditos fraude remota: Munerum averterator: paupe-
rum sublevator: Dignorum promotor: familia honorator: liberorum curator: disci-
plina amator: in morbo patiens: tandemq; placidè ex hac vita migrans. Porro gra-
 tia mentis documentum pietatis debitæ officium, Mater piè defuncti collega no-
 stri, à nobis quod exposcunt, id neminem esse, qui non ultro & sponte exsolvere
 & præstare cupiat, arbitror. Cū itaq; exuvie generosæ hujus animæ hodie h. media
 à terræ matri sint reddendæ, rogatos monitoq; Dnn. Professores, Doctores, Magi-
 stros, verbi divini ministros, omnesq; Reip. litterariæ cives volo, in æde Divæ Ma-
 ris frequentes confluant. Musagetæ Herculis exequias cohonestent, ad similem ex
 hac vita migrationem se parent, provinciam, utramq; Remp. Deo commendent,
 eidem supplicent, is vulnus hocce omnibus politicæ partibus insidiatum, sanet &
 consolidet. P. P. Rost. 12. Aprilis Anno M. DC. XX.









the scale towards document

09A

Image Engineering - Scan Reference Chart TE263 - Serial No.

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
minentis vim , non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolixis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experiètiâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensu nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debiliore
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
suans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructiones, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum